PASSIO SANCTI BLASII. GREGORIUS MAGNUS. VITA SANCTI BASILII
3. Viertel 12. Jh. Seite 110v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ante triennium. hanc urbe uehementissima clade uastauit. in
portuensis ciuitatis monasterio mellitus dictus est monachus. ad
huc in annis iuuenilibus constitutus. s; mire simplicitatis. atq; hu
militatis uir. Qui appropinquante uocationis die. eadem clade
percussus. ad extrema deductus est. Quod uite uenerabilis felix
eiusdem ciuitatis episcopus audiens cuius et hec relatione cognoui. ade
undem accedere studuit. et ne mortem timere debuisset. uer
bis hunc persuasoriis confortare. Cui etiam ex diuina misericordia
adhuc longiora uite spatia pollicere cepit. S; ad hec ille re
spondit. cursus sui tempora esse completa. dicens apparuisse sibi
iuuenem. atq; epistolas detulisse. dicentem. Apri et lege. Quibus apertis.
quia sic et omnis asseruit qui eodem tempore a predicto episcopo in pascha
li festiuitate fuerant baptizati. scriptos in eisdem epistolis litte
ris aureis inuenit. Primum quidem ut dicebat suum nomen
repperit. ac deinde omnium illo in tempore baptizatorum. Qua de
re certum tenuit. et se et illos de hac uita esse migraturos.
factumq; est. ut die eadem ipse moreretur. atq; post eum cuncti
illi qui baptizati fuerant ita secuti sunt. ut intra per pau
cos dies eorum nullus in hac uita remaneret. De quibus nimirum
constat. quod eos predictus dei famulus iccirco auro scriptos
uiderat. quia eorum nomina apud se fixa eterna claritas ha
bebat. Sicut itaq; hii ~~qui~~ reuelationibus potuerunt uentura cog
noscere. ita nunquam egressure anime possunt etiam mys
teria celestia non per somnium sed uigilando prelibare. Ammoni
um namq; monasterii mei monachum bene nosti. qui dum esset
in seculari habitu constitutus. ualeriani huius urbis ad

subceleri
tate